



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Meditatio VII. De Morte, & ejus accidentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

Die Tertia.

De pœnis peccati futuris, & consideratione novissimorum.

MEDITATIO VII.

De morte stipendio peccati, & ejus accidentibus.



Onorum operum instrumentum, numero quadragessimum in S. P. Benedicti regulis est: *Mortem* quotidie ante oculos suspectam

Text. Reg. c. 4. instr. 40.

habere.

PRÆL. Imaginare te in lecto fatali decumbentem, à Medicis desperatum, astantibus fratribus, sive amicis, accensâ ad lectum candelâ, positâ ad pedes aquâ lustrali, & imagine crucifixi ad caput, animam agere.

Punct. I. *Confid.* I. Certitudinem tuâ mortis, nam lex Dei, & Naturæ, ætas, propria corruptio, experientia, prædecessores, parentes, & fratres, medici, Confessarij, mundusque totus quotidie deficiens clamant contra te: *Reus est* mor-

Horror ex certitud. mortis.

Matth.

26.

Joan. 19.

mortis; nos legem habemus, & secundum legem debet mori. 2. Mortis legati, & prodromi jam eandem denunciaverunt nimirum præcedentia funera, campæ, anniversaria, & tot commemorationes pro defunctis. 3. Ipsius quoque mortis executores, apparitores, proxime imminere cervicibus videtur, uti quotidianus defectus, sentus morbi, & varia accidentia testantur.

Affectus
horroris.

1. Reg. 15.

Ergo moriendum? ô qualis horrore ergo valedicendum mutuo corpori, animæ, amicis, fratribus? *siccine speras amara mors?* quò me duces ad terram ignotam, sine comite, sine studio, ad æternitatem vel semper bonam vel semper infelicitissimam? Ah! Quæ deveniam mortuus?

Ex in certitud.
circumstantiar.

Punct. II. Confid. Mortis horrore graviolem reddi, 1. ex incertitudine loci, temporis, modi; an scilicet morte naturali sedatâ, vel violentâ, ac impentinâ; an febri, apoplexiâ, hæc &c. an cum usu rationis, vel sine. An cum perceptione omnium Sacramentorum, an in gratiâ, finalisque perseverantiâ statu, vel non. 2. Mortis horrore reddi adhuc formidabiliorem ex incertitudine statûs futuri, semperque æternaliter duraturi post mortem.

Cur ergo ô nimis incuria & v

anima! non omnem locum, diem & horam suspectam habes? Cur non attendis & recolligis sæpe illas Christi paternæ præmonentis voces: *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.*

Affectus in crepationis suæ incuriæ.
Matth. 4: 42.

Punct. III. Confid. Mortem horribilissimam esse ob ea, quæ accidunt. 1. corpori ante mortem per anxietates, dolores &c. In morte per dissolutionem ab animâ tot annis sibi sociâ & intimè conglutinâtâ; post mortem verò, quia eijcietur è domo, exportabitur uti sordes & fæces, terræ infodietur uti fœtens cadaver, corrodetur à vermibus & putrescet. 2. Horribiliorem fore animæ, propter conscientiæ remorsus, peccatorum omnium repræsentationem, dæmonum aspectus, Iudicij metum, sententiæ dubiæ expectatione &c. 3. Quia in mentem recurrent omnes bonæ inspirationes, occasiones & media promovendæ salutis neglecta, actionum & operum bonorum tepiditates, temporis perditiones, quæque levia videbantur, tanquam immensæ mœles gravabunt.

Horror ex accidentibus corporis.

Et animæ?

Quid tum velles Anima! tantis circumvallata angustijs in illo horrendo æternitatis bivio constituta non fecisse? & quid velles fecisse, aperi tandem, Ah! aperi cæcutientes oculos &c.

Con-

Considera tandem aliquando, tempus enim tuum nimis breve est, & forte tibi vix modicum vitæ & inducium pro pœnitentia restat. Mortem ante oculos tuos semper suspectam habere; & disce moriendo bene vivere.

DIGRESSIO V.

De Morte impiorum tam Latinarum: quàm Sacerdotum in genere, multè viventium pessimâ: Cosmophilorum in gustiosâ: & quandoque etiam Sanctis formidosâ.

THEOPHOBVS.

(I.)

Nolite animo cadere, priusquam vulneribus faucij corruatis, etiam si Vos hodie telis, gladijs, & romphæis bis acutis, eminens, cominus punctim, casim, & decussatim aggrediar. En in pharetra ad dexteram per sententia mortis spicula; ad lævam veniferæ feræ iudicij gladium, & super scapulas horrendam, flammigerantem, & nimis acutam sententiæ æternæ maledictionis romphæam. Morti Vos hodie dabo, ut vitam tribuam, deducam in inferos, ut ad cælum reducam. Primæ